



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij
Francisci Lamberti Auenionensis**

Lambert, François

Argentorati, 1525

VD16 B 3868

Pars Sexta. Sexto, prænunciat ubique futurum planctum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35983

FRANC. LAMB. IN AMOS

bisum, sitisq; populus meus, quod esse non potest, dum
sic odio habetis corripietes in portis, ut etiam nullum qui
reclie iudicet illic constitutatis, ac dum hæretis malo, &
Prophetas ueritatis persequimini. Quærite infelices bo-
num, illudq; diligit, malo autem abrenunciate. In portis
uero iuxta præceptum meum. Deut. 10. Pios iudices con-
stituite, qui uos iudicent, & doceant, non alioqui quam se
cundum uerbum meum. Tum dominus Deus exercituum,
erit uere uobiscum, sicut dixistis. Est nobiscum Deus, cum
nobis auxiliatur, & nos in gratiam recepit. Nobiscum
autem non dicitur esse, cum nos reprobat, ac in flagellis
& aduersis deserit.

Odite, ait deniq; malum &c. si forte misercatur &c.
Septua. habent ut misereatur &c. Domus Ioseph, hoc est
Israël, qui idcirco Ioseph dicitur, quod iniquitates do-
mus Efraim filij Ioseph imitatus est, haec iniquitas, est
uitolorum cultus, à Hyeroboam Efrateo excitatius.

P A R S S E X T A .

Propterea haec dicit Dominus exercitu-
um dominator. In omnibus plateis planctus,
& in cunctis que foris sūt, dicetur: Veh, Veh.
Et uocabunt agricolam ad luctū, et ad plan-
ctum, eos qui sciunt plangere. Et in omnibus
uijs erit planctus, quia pertransibo in medio
tui dicit Dominus.

Toties

Toties adhortatus est Israëlem ad querendum bonum & salutis consilia eidem præbuit, quæ impij & carnales abominabaniur, & audire nolebant. Ideo subiunxit, resum domini cōtra illos iudicium, dicens: Propterea hæc dicit Dominus &c. Sensus est. Tam grauis intus & extra erit tribulatio, ut prouocentur ad luctum & planctū in omnibus vijs, hoc est, ubiq; agricolæ ob fruges absumentes, unitores ob unius defectum, & alij singuli, ob damnationem que sentient. Et his qui arte plangunt, tribuetur a bunde ansa, unde lugubria canant. Quia pertransibo in medio tui, omnia uastans & destruens. Sic transiuit dominus nocte per terram Aegypti, omnia primogenita percutiens, Exod. 12.

P A R S S E P T I M A.

Veh desiderantibus diem Domini. Ad quid eam uobis? Dies Domini ista, tenebræ & non lux.

Tempus quo Deus aliquid magnum facit, dies Domini appellatur, ideo tempus, quo secundum quod à multis erat prophetatum, Regnum Israël destruendum erat, diem Domini hoc loco uocat. Quem dum nō nulli è Prophetis prænunciarent, impij subsannentes, dicebant. Quando ueniet hic dies Domini? Sic et impij è Iudeis, Hieremiac de Hierosolymæ euersione prophetant, dicebant